BIU Cujas

BIU Cujas

BIBLIOTHÈQUE CUJAS
PARIS

ANT.

CONTII

I.C. TRACTATVS DE DIVERSIS moræ generibus.

Nunc primùm in lucem editus.

BITVRIGIS,
Apud Germanum Lauuerjatium ad Scholas vtriusque iuris.
M. D. LXXXVII.

BIBLIOTHEQUE CUJAS
PARIS

BIU Cujas

BIU Cujas

DO. GVILELMO ROVILLIO LVGDVnensi Biblopolæ Germanus Lauuerjatius Bituricensis Bibliopola. S.

TRACTATVM *De mora scripsit Antonius Contius, dum in humanis ageret, in hoc iuris Ciuilis ac Pontificij emporio Antecessor non incelebris. Paulò ante quàm supremum diem clauderet, eum patri meo, vt typis excudendum curaret, tra-*

BIU Cujas

didit. Cum autem pater morte prauentus id præstare non potuerit, vt eius fidem liberarem, ac simul ne iuris studiosi tam vtili tractatione diutius carerent expectationémve eorum morarer, quamprimum edendum vigilaui. Illum igitur cura, diligẽtia ac sumptibus meis in lucem emissum, tibi, quem laborum meorum patronum selegi, ne sine munere hac æstate à me salutatus remaneas, lubens offero. Non est quidem tanta in hanc rem impensa opera, quantam apud te degens, vt publico prodesse possimus, præstandam didici, quantámque in illam præclarissimam Plantarum historiam

BIU Cujas

ſtoriam tomis diſtinctam, à te hoc anno excuſſam, ſuſcepiſti ac tandem multis exantlatis laboribus ad exitum perduxiſti. Eſt tamen huiuſmodi, quam mihi ſatis conuenire exiſtimaui, quouſque tempus & ætas maiora ferant. Accipe igitur hoc munuſculum è manu eius, qui ſe ſuaque omnia tibi ab ineunte ætate deuouit, ac te eius patronum præſtá. Ex officina noſtra, Idib. Auguſti 1587. Vale.

BIU Cujas

GERMANVS LAVVERIATIVS *Lectori S.*

NOTVS tota Europa Antonius Contius, Iuris vtriusque in celeberrima Biturigum Academia professor, notus, cum exacta opera quam impendit olim in iuris corpore quod mendis plurimis scatebat expurgãdo, tum insigni eruditione. Viuus edidit lucubrationis multas, plures inbra-

BIU Cujas

ter eius aduersaria cum vita functus esset, repertæ sunt quæ in lucem prodirent dignissimę. Habeo iam prę manibus nonnullas, alias expecto, omnium tibi facturus copiam breui. Eam spem ne frustrari videar, breuem quidem, sed elegantem de Moræ generibus libellum voti ac promissi arrhabonē mei præmitto. Hoc vtere dum cætera parantur molis maioris volumina, vrgebis opus si probari animum in te meum agnouero qui non alius est quā vt studiis tuis consulam, eaque promoueam. Vale.

BIU Cujas

INDEX RERVM AC VERBORVM, QVAE HOC tractatu explicantur.

A

Accessio. 76.77
Accessiones sine mora debentur. 78
Accurtius reprehenditur. 40
Actio ex testamento anomala quodammodo. 11
Aestimatio deducitur aliquando in condemnationem. 59

C

Causa quid significet. 71.72.77
Causa bonorum. 72.73
Condictio rei furtiuae extantis non nouatur. 87
Contumacia plus est, quàm simplex mora. 10
Correctiones odiosa sunt, ideò non extendenda. 34
Culpa in non faciendo. 11 in quibus iudiciis praestatur. ibid.

BIU Cujas

D

Definitio, pro regula. 18
Dies adponitur obligationi fauore debitoris. 29
Diem interpellare pro homine quomodo intelligendum. 31.32
Dilatio iusta, aut iniusta. 4
Disputatio celebris inter Martinum & Ioannem de perpetuatione moræ. 63.64
Dolus pro possessione est in actionibus in rem. 55

E

Equitium. 76
Exceptio doli inest bonæ fidei iudiciis. 85

F

Facti nulla petitio sed præstatio tantum paucissimis casibus exceptis. 101.102.103.104.
Facta sunt tradi & restitui. 109. non præcisè præstantur. ibidem
Fideiussor suam tantùm obligationem perpetuat. 57
Fructuum & causæ discrimen. 75.77

I

Indiuiduorum, cum sint infinita, nullæ sunt definitiones. 18
Intellectus l. cum filiusfam. § vlt. ff de verb.

BIU Cujas

obligat. 26.27
Intellectus.l.magnam.C.de contrah. & committenda stipulat. 32.33.34.35.
Intellectus.l.si fundum. 114.ff.de verb. obligationibus. 36.37
Intellectus.l.si hominem.37.ff.mandati. 38
Intellectus.l.promissor.21.§.1.ff.de constit. pecunia. 38
Intellectus c.breui.extra de iureiurando.47
Intellectus.l.2.ff.de vsuris. 70
Intellectus.§.in hac.de vi bonor.rapt. 74
Intellectus.l.stipulatus sum Damam.ff.de verb.obligat. 86
Intellectus.l.& si post tres.ff.si quis cautionibus. 90.91
Interpellatio ante diem non valet. 31
Interpellatio in stipulatione vsurarum non necessaria vt eommittantur vsuræ & currant. 32
Interpellatio ad solam scientiam non pertinet, sed ad moram & culpam constituendam. 35
Interpellatio non comparanda cum denuntiatione quæ fit euictionis gratia. 35

L

Libelli oblatione debitori facta si ad eius notitiam peruenit facta videtur interpella-

BIU Cujas

tio. 52
Locus opportunus. 15.16.17

M

Mora quid ſignificet. 4.5.8
Mora quibus nominibus appelletur. 14
Moræ proprie ſumptæ definitio, eiuſque definitionis explanatio. 8.9.10.25
Moræ diuerſa genera. 5
Mora dandi, mora faciendi. 6.101.102.103.104.105.106.107.
Mora aut regularis, aut irregularis. 41.42.43
Mora decretalis. 42
Mora in re. 43.44.45.46. in rem. 50
Mora, plus quam mora. 47.48.
Mora per litis conteſtationem. 51
Moræ effectus, ſiue pœna. 52
Moræ ſecundus effectus. 68.69
Moræ tertius effectus. 69
Moræ quartus effectus. 79
Moræ diuerſorum generum diuerſi & penè contrarij effectus. 6.7
Moræ nudæ ſolùm conuenit, vt purgationem admittat. 47
Mora nulla, vbi nulla petitio eſt, aut eſt quidem, ſed exceptione repelli poteſt. 15.23
Mora dandi non contrahitur ſine actione &

BIU Cujas

iudiciali petitione. 15
Mora solo diei lapsu sine interpellatione non fit. 26.27.28
Mora, an sit contracta difficilis definitio. 17
Mora culpanda perpetuatur obligatio re seu certa specie perempta post moram. 53. *an id perpetuò verum sit.* 63.64.65
Mora perpetuari obligationem quomodo personis aptetur. 56.57
Mora rei principalis accessionibus nocet. 57
Mora quandoque pro re est. 55
Cuius temporis estimationem iudex sequi debeat mora contracta. 60
Moræ purgatio. 80
Mora facto debitoris extinguitur oblatione & solutione. 95
Mora plerunque tollitur facto aut voluntate creditoris. 95
Moram quibusdam casibus purgari non posse interpretum commentum. 98.99. 100
Mora creditoris in obligationibus dandi & faciendi. 111
Mora faciendi in omnibus iudicius. 101

O

Obligatio dandi, vt per moram perpetuetur, necessaria est interpellatio. 34

BIU Cujas

R

Regula de perpetuatione obligationis post moram, quomodo intelligenda. 80.81. 82.83.84.85

Regula, moram purgari quomodo intelligenda. 89.93

Regula, non esse inspiciendum quanti intersit cum pœnam quis stipulatur quomodo intelligenda. 92

S

Stipulatio dandæ rei certæ non committitur in id quod interest. 103

Stipulatio dandi incerti committitur in id quod interest. 111

T

Tempus opportunum 18.19.20.21.

V

Vendere rem cum sua causa quid sit. 72

Y

ὑπρδεσις. 4

BIU Cujas

AD G. ROVILLIVM MOECENATEM SVVM

Ger. Lauuerjatius.

SPerabam ſpacium moramque ſemper
Allatura mihi tuis quid amplum
Et dignum meritis tuiſque donis
Mœcenas teneræ meæ iuuentæ
Formator, placidæ quietis author,
Nec non deliciæ meæ perennes,
Immortale decus Typographorum
Expleuit Mora Contiana tandem
Spem, deſiderium, cupiditatem,
Verum non penitus prout mereris.
Explebit magis ac magis, moretur
Si tecum hæc Mora gratioſa longûm
Offertur tibi quippe non moroſe,
Cumanos age, viue lætus annos.

Idem ad libellum ſuum.

Curre (liber) quôcunque voles, Mora nulla moretur,
Nam doctius doctis excipiêre viros.
Quid breuitas retinet? Breuitate morabere multos
Abſtruſæ reſerãs dogmata cuncta Moræ.

BIU Cujas

Idem ad Lectorem de eodem libello.

Longa moraturus tecum moribundus in ævâ
Absque mora vt legeres, hoc dedit author opus.

BIBLIOTHÈQUE CUJAS
PARIS

BIU Cujas

In Effigiem D. Ant. Contij
I. C. Clarissi.

Non ista effigies tibi, Conti, sculpta perennem
Promittit vitam, sed tua scripta dabunt.

BIU Cujas

ANTONII CONTII I. C. TRACTATVS *de diuersis moræ generibus.*

EM à multis actam non retractarẽ, si nulla me miseratio subiret lectorũ & studiosorũ misere ab his tractatoribus deceptorum: præsertim cum horũ plerìq; quò sunt ad nouandũ audaciores, & ad ius sincerè tra-

BIU Cujas

dēdum inerriores, eò sint & vulgo famosiores. Summū autem quod in illis omnibus primum animaduerto, peccatum, est quod genera diuersa morarum neque in eandem rationem, neque in eosdem effectus cadētium, sub vna communique definitione, causa, effectu, tractationeque complecti se posse putarunt, vt mox indicabo. Quæ me causa impulit vt hunc tractatum, non de mora, vt illi, sed de diuersis moræ generibus inscriberem: ex diuersis scilicet Titulis iuris collectum. Nunquam enim veteres iu-

riscon-

BIU Cujas

risconsulti communiter de mora tractarunt. Nam in Titulo de vsuris & fructibus & mora eum tantum moræ articulum & effectum tradiderunt, qui ad accessiones rei principalis spectat: præcipuum illum prætermiserunt, qui re principali post moram extincta, perpetuari obligationem præcipit. Verum quia quotidianus est vsus huius quæstionis diuersa iuris præcepta in vnã chartam, non in vnam, communémque definitionem, præceptionémque contraham, vt omnia vno tempore perlegere cupientibus,

BIU Cujas

diuersarũ iuris partium euo luendarum labor absit.

De verbi moræ significatione.

CAPVT I.

MORA vulgò dicitur omnis cunctatio, dilatio, procrastinatio, protractio temporis, quæ Græcis ὑπέρθεσις dicitur, quasi ad verbum dicas supersessio: Et tam de iusta, quàm iniusta dilatione vsurpatur. Nam & Græci communi, eodémque verbo dilationem, quæ iustè à iudice datur, & moram, quæ iniustè à debitore fit, ὑπέρθεσιν

vocant

BIU Cujas

vocant. Sed iureconsulti moram propriè appellant eam dilationem, quæ culpæ differentis imputari possit. Est ergo mora in iure, omnis iniusta & culpanda dilatio.

Diuisio moræ in diuersa genera, quorum alia propria, alia minimè.

CAPVT II.

MORA dicitur tàm debitoris in soluendo & dando & faciendo, quàm creditoris in accipiendo. Sed sub Titulo de vsuris & mora & aliis plerisque lo-

BIU Cujas

cis mora debitoris dũtaxat intelligenda eſt. Item mora intelligitur fieri tàm à debitore dandi, quàm à debitore faciendi. Sed cum de mora iuris auctores tractant, moram dandi intelligunt: moram facti non ſimpliciter, ſed moram facti appellant. l. ſi fundum. 114. ff. de verb. obligat. ſi Florentinã, id eſt, veram ſcripturam attendas. Nam illic perperam in vulgatis legitur, moram factam non eſſe. Harum morarum diuerſi & penè contrarij ſunt effectus. Mora dandi perpetuat obligationem, transfundit in obliga-

tio-

BIU Cujas

tionem dandi id quod interest, & quasi nouat, vt manifestus error hac in re deprehendatur vtramque moram cōmuniter tractātium, & eosdem effectus vtrique tribuentium. Item alia est ratio morę, aliique effectus, eius qui debet ex causa stricti Iudicij, & illius qui ex arbitraria, vel bonæ fidei, vel ex testamento. Itaque de quolibet moræ genere separatim tractabimus.

De mora debitoris dandi certi in strictis iudiciis & actione legatorum vel fideicommissorum, eiusque moræ definitio.

BIU Cujas

CAPVT III.

HÆC mora(quæ proprié in iure sic appellatur) ita definiri potest. Mora est iniusta & culpanda dilatio, cunctatio seu frustratio debitoris in certo dãdo, quod dare tenebatur præsenti & efficaci actione, & ad quod dandũ opportuno loco fuit interpellatus & opportuno tempore, id est, eo quo in potestate habebat id, aut dolo desierat habere.

Partiũ definitionis explanatio.

Iniusta & culpanda dilatio) Vlp. l. sciendum, cum tribus legib. sequent. De vsuris & mora: *Sciendum est* (inquit)

BIU Cujas

quit) *non omne quod differendi causa, optima ratione fiat, moræ adnumerandum. Quid enim si amicos adhibendos deditor requirat, vel expediendi debiti, vel fideiussoribus rogandis? vel exceptio aliqua allegetur? mora facta non videtur.* Paulus: *Si modo idipsum nõ fraudandi causa simuletur.* Vlpianus, *Sed & si Reip. causa abesse subito coactus sit, vt defensionem sui mandare non possit, moram facere non videbitur, siue in vinculis hostium ue potestate esse cœperit. Aliquando etiam in re morã esse decerni solet: si forte non extat qui conueniatur.* Paulus: *Si quis solu-*

BIU Cujas

tioni quidem moram facit, iudicium autem accipere paratus sit, non videtur fecisse moram. Vtique si iustè ad iudicium prouocauit. Ex his intelligitur moram esse personæ culpam, quomodo etiam appellatur in constitutione veterum. QVOTIENS culpa interuenit debitoris, perpetuari obligationē. Est enim mora culpa in non dādo seu negligentia dandi, quæ in omni iudicio etiam stricto præstanda est: Vnde Oldradus volebat esse speciem contumaciæ, sed plus est contumacia, quàm simplex mora. Alia est negligentia

BIU Cujas

gentia ſeu deſidia in non curanda, cuſtodiendáque re debita, quæ culpa in non faciendo dicitur: Sed hæc in ſolis bonæ fidei iudiciis, iisque non omnibus præſtatur, non autem in ſtrictis, aut conditione, ſi certum petatur, aut Triticiaria l. ſi ſeruum. 90. de verb. oblig. Præſtatur tamen in actione ex teſtamento, quæ anomala eſt quodammodo & in multis adfinis bonæ fidei iudiciis. Denique eam demum moram debitori detrimento eſſe, quæ in culpæ & iniuſtæ dilationis ſpeciē cadit, ſolam hîc ſpectari, ita

BIU Cujas

docet Pomponius. l.quod te. de reb. creditis. si cert. pet. *Sed cum quæritur* (inquit) *an per te factum sit, animaduerti debebit, non solum in potestate tua fuerit id necne,* (quod scilicet te mihi dare oportebat, forte enim erat in fuga) *aut dolo malo feceris quo minus esset, vel fuerit, necne: sed etiam si aliqua iusta causa sit propter quam intelligere deberes te dare oportere.* Quibus postremis verbis interpellationē opportunè factam, omnes intelligunt. Eam enim requiri vt debitorem cōstituat in culpa dandi, seu mora, vt mox

aliunde

BIU Cujas

aliunde cōfirmabimus. Huc pertinent quoque regulæ iuris. l. qui in alterius. 42. & l. qui sine. 63. de reg. iur. l. si quis. 24. §. paratum. 47. ff. de vsur. l. nemo. 82. §. vlt. ff. de verb. obliga. l. tutore. ff. de vsuris. nam & heredes habent iustam ignorandi causam. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. & bonę fidei possessores. l. illud. ff. de petitio. hered. l. item si verberatum in fi. de rei vindica. l. 3. ff. de vsuris. l. j. §. hæc verba. ff. si cui plusquam per legē Falc. l. si quis solutioni. ff. de vsuris. l. qui sine. de reg. iur. l. si quis inficiatus. ff. depositi.

BIU Cujas

Dilatio, cunctatio, frustratio. Idcirco hæc verba coaceruo, quia mora his nominibus plerumque appellatur. l. hominem. ff. mandati. l. pen. de vi & vi armata. l. 3. ff. de iudiciis. l. si caluitur. ff. de verb. sign. l. 3. in fi. ff. de vsuris. vbi mora appellatur frustratio. vt & in l. hominē. 37. ff. mandati.

In certo dando. Non item in curando, seruando, custodiendo, præstando. l. si seruum. de verb. oblig. & l. si fundum. ibid. non item in incerto dando. l. qui vsumfructum. §. vlt. ff. de vsufr. l. vbi. §. j. de verb. oblig.

Quod

BIU Cujas

Quod dare tenebatur præsenti & efficaci actione. Quia ibi nulla mora est vbi nulla petitio est, aut est quidem sed exceptione repelli potest. l. si pupillus. de verb. ob. l. nulla. ff. de reg. iuris. l. lecta. ff. de reb. cred. Perperam autem illæ leges à quibusdam detorquentur ad interpellationē: cum ad actionem & iudicialem petitionē euidenter pertineāt. *Donello.*

Opportuno loco fuit interpellatus. Hæc enim interpellatio debitorem constituit in culpa, quia facit vt intelligere debeat se dare oportere & omnem ignorantiæ *opportuno loco. vbi & cōueniri pōt vt quidā putāt. l. si fideicom. ff. de iudic.*

BIU Cujas

iustæ defensionē ei adimit. Sic etiam Morā definit Marcianus l. mora. 32. ff. de vsuris. *Mora fieri intelligitur non ex re, sed ex persona, id est, Si interpellatus opportuno loco nō soluerit, quod & apud iudicem examinabitur. Nam vt & Pomponius lib. 12. epist. scribit. Difficilis est huius rei definitio: & an mora facta intelligatur, neque constitutione vlla* (id est regula. l. si seruū. de ver. ob.) *neque iuris auctorum quæstione decidi posse, cum sit magis facti quàm iuris. & non sufficit ad probationem moræ, si seruo debitoris absentis denuntiatum est à creditore procuratoréue*

BIU Cujas

toréue eius. Cum etiam si ipsi domino denuntiatum est, cæterum postea cum is sui potestatẽ faceret, omissa esset repetendi debiti instantia, non protinus per debitorem mora facta intelligitur. Hunc locum quidam non intelligentes ausi sunt dicere moram non posse definiri. Sed excordes non vident, iurisconsultum dixisse non posse definiri, non quid sit mora, recte enim definiit Marcianus, sed an sit mora contracta, & an id tẽpus quod dicitur oportunum interpellandi, fuerit reuera oportunum. Alia enim est quæstio quid sit,

BIU Cujas

alia an ſit:& alia quid ſit mora debitoris in genere, & alia an ſit mora Titij in ſpecie ſeu indiuiduo. Nam indiuiduorum cum ſint infinita, nullæ ſunt definitiones, & definitio hic pro cõſtitutione & regula accipitur. l.j.& l.omnis definitio. de reg.iuris.& l.de pupillo. §. velle. ff. de operis noui nuntiatione.

Et opportuno tempore, id eſt eo quo in poteſtate habebat id, aut dolo deſierat habere. Hæc addidi ex l. quod te. ff. de rebus creditis, & addendum putat Accurſ. in d.l.mora. arg.l.ſi

ſolu-

BIU Cujas

soluturus. 39. ff. de solutio. vbi idem dicitur in mora creditoris definiēda. Rectè, frustra enim interpellor vt id dem quod non habeo in potestate mea vt dare possim, & quod dolo non desij habere in potestate, tunc enim tenerer: ergo & si mea culpa, id est, negligentia in custodiendo desij habere. Puta fugit seruus, aut longinquo abesse cœpit, tamē stricto iudicio non teneor, nec in mora esse intelligor, vt nec depositarius eo casu teneturl. si in Asia. §. vlt. ff. depositi: nec etiam heres ad legatum. l. cum res. 47. de

BIU Cujas

lega.j.nec venditor ad rem venditam tradendam. l. 3.§. 3. ff. de actionibus empti. nec obstat l. continuus. §. illud. de verb. oblig. quæ ait non spectari personę cõmodum vel incommodum. Id enim verũ est cum quæritur de vi obligationis, at hic de mora agimus.

Et oportuno tempore. Post diẽ scilicet stipulationi vel obligationi additũ. l. cum filiusfamil. §.vlt. ff. de verborum obligationibus.

Superiores conditiones quæ vt mora facta intelligatur, exiguntur, Accursius ad tria capita reducit, alij

ad

BIU Cujas

ad quattuor: si date potuit, si interpellatus fuit, si sciuit se debere, & si nullam differendi causam habuit. Ferretus ad l. si ex legati exigit quinque, si res sit certa, si debita, si congruo loco & tempore interpellatio facta, si rem in potestate habeat, si iustam cæusam intelligendi habeat.

An superior moræ definitio & necessitas interpellationis locum habeat in omni obligatione tam pura, quàm in diem aut conditionem.

CAPVT IIII.

NON solum quæstio de moræ purgatione est

BIU Cujas

de bono & æquo, vt ait Celsus, sed etiam quæstio de moræ constitutione, quando quis moram fecisse videatur. Est enim boni iudicis id animaduertere, examinare, decernere. l. quod te. de reb. cred. l. sciendum. & l. sed & si. & l. mora. ff. de vsuris. Iam verò si ex solo diei lapsu, in obligationibus quæ diem certum habent, præcisè decernamus moram fieri, etiã si sit ignorans debitor vt colligit Iason ex l. ad diem. 77. de ver. obligat. (contra l. quod te. de reb. cred.) quem Iasonẽ etiam quidam recentiores

sequuti

BIU Cujas

ſequuti ſunt, quid aliud pronuntiare de ipſis poſſumus, quàm quod Celſus inquit, plerumque ſub auctoritate Iuris ſcientiæ perniciosè errari? Nos igitur ſuperiorem moræ definitionem ſimpliciter ſequentes & amplectentes, dicimus vt mora fiat, & facta intelligatur, ea omia exigi quæ in definitione poſita ſunt & conuenienter neceſſariam eſſe perſonæ interpellationem, in omni genere obligationis, ſiue ſit pura, ſiue in diē, ſiue ſub conditione, idque his rationibus firmamus, quas & adnumerabimus.

BIU Cujas

1 Quod de moræ definitione id eſt, ergo & de ſubſtantia, eaque moræ definitio generalis eſt ad omnem moram pertinens quæ in ipſa Tituli inſcriptione cõtinetur, De vſuris & fructibus & mora. l.mora. ff.ibidem.nam Titulus proponitur de mora ex omni obligatione contracta, & definitiones omnes generales eſſe apud dialecticos receptum eſt,& indefinitã ęquiparari vniuerſali, & vbi lex non diſtinguit (de pura an in diem obligatione agatur)nec nos diſtinguere debemus.

Non

BIU Cujas

Non solum Marcianus II in d. l. mora. interpellationem requirit in definienda mora sed etiam Paulus. III. sentent. tit. vlt. in fin. *Mora* (inquit) *fieri videtur, cum postulanti non datur*. vbi agit de mora legatorum & fideicommissorum. Sed & Pomponius in l. si ex legati causa de verb. oblig. ita moram definit, *Si interpellatus non dedisti*: quasi ita definienda sit mora, mora est quando debitor interpellatus non soluit. In lege verò sequente ibidem Paulus excipit ab hac definitione solum pupillum, qui licet

BIU Cujas

interpellatus ſit moram nõ facit, niſi & præterea tutor vel vt autor, vel ſolus ſit interpellatus: nec diſtinguitur an in diem, an purè debeat pupillus vel alius.

III L. cum filiusfamilias. §. vlt. proponit interpellatum eum qui in diem promiſerat, ergo moris ſaltem erat, tunc temporis, vt interpellatio adhiberetur in obligationibus in diem. Denique vt ſit illic maior cauſa dubitandi, ita illa verba interpretor, *& ſeruus deceſſerit*, ſubaudi poſt diem, nulla noua interpellatione facta poſt diem. Vnde ſequetur

diem

BIU Cujas

diem non fuisse loco interpellationis. & hęc interpretatio magis probabitur forte quàm Accursiana. Idem probè ex l. 3. ff. de in litem iurando, vbi pecunia deposita adnegata est, ergo petenti, atqui dies erat additus.

Cũ sola conditio, sine die IV
additur obligationi, necessaria est interpellatio. l. si penum. ff. quando dies legaced. ergo & cum sola dies sine conditione. Sicut enim postquam extitit conditio pro eo est quasi purè contracta esset obligatio, l. si pupillus de conditio. instit.

BIU Cujas

ita & postquam dies extitit, pro eo est ac si pure & sine die contracta esset. Prius admittunt, ergo posterius admittant necesse est. Ergo idem tunc statuendum est, quod in puris obligationibus vt sine interpellatione non fiat mora.

v Definitio illa generalis. *quod te mihi dare oportet*, tam ad puras quàm in diem & sub conditione obligationes pertinet, cum scilicet dies aduenit aut conditio extitit. At ita demum teneri te ait, si duo aut tria concurrant, vt & in potestate habeas id corpus quod debebas

BIU Cujas

basdare, aut dolo feceris ne haberes, & vt intelligere debeas te dare oportere. Ergo soliusdiei lapsus ista omnia non efficiet. Nã vt efficiat te intelligere debere, (quod tamen non efficere ostendemus) non tamen efficiet vt habeas in potestate dandi. Quid enim si dies venit, sed eo die captus es ab hostibus, aut postero die, vel in vinculis esse cœpisti, vel reip. aut legationis necessariæ causa abesse, an solus diei lapsus hęc omnia, quominus alleges, efficiet?

Dies adponitur fauore VI debitoris. Diei enim adie-

BIU Cujas

ctio pro reo est non pro stipulatore. l. cum qui. 41. §. vlt. ff. de verb. obliga. quod autem fauore constitutum est quorumdam, non oportet vllis casibus ad eorum læsionem inuentum videri. l. quod fauore. C. de legibus. l. nulla. ff. de legibus. erit autem maximus fauor stipulatoris, summum verò rei odium si dies ille interpellatoris loquentis & viui vice fungatur, etiam aduersus ignorātem debitorem, & in potestate non habentē dare, nec valentem intelligere sedare debere. Multi sane mallent sibi indultum diem

BIU Cujas

diem non esse, quam tam perniciosam interpretationem contra se locũ habere.

VII Cum ipsa die peti non possit in quam dilata est solutio, fiet vt si dies interpellet, ante diem interpellet, quia non nisi sequenti die peti potest. at non valet interpellatio ante diem. l. cũ filiusfa. §. vlt. ff. de verb. ob.

VIII Nulla lex aut iuris pars ait solam diem interpellare pro homine, & vulgare illud, *dies interpellat pro homine* deminutè vsurpatur. Nã Petrus de bella pertica, & Cynus ad l. magnam. C. de cõtrah. stip. ita integrè pro-

BIU Cujas

nuntiant, Dies interpellat cum conditio & pœna additur.

IX Ante cõstitutionem Iustiniani MAGNAM, tanta fuit iterpellationis interponendæ æquitas & necessitas, vt omni casu adhibenda fuerit (ipso Iustiniano teste) & patet adhuc ex l. traiectitiæ de obliga. & actio. & l. 4. §. vlt. ff. de lege commissoria. Excipienda tantum est stipulatio vsurarum quæ & ante Iustinianum non egebat interpellatione, in id scilicet vt committerentur vsuræ & currerent. l. pecuniæ. 9. §. 1. ff. de vsuris. Id solum

BIU Cujas

lum innouauit, vt cum ad diem & conditionem committenda esset pœnalis stipulatio, nihil prodesset ad vitandam pœnam hæc allegatio non factæ denuntiationis: & merito, non enim pœna illa propter moram venit, sed ex consensu & obligatione. Recte ad euitandam pœnam: non item ad perpetuandam obligationem principalem re post diem & conditionem perempta. Itaque quod correctum non legimus cur stare nõ dicemus? l.præcipimus. C.de appellatio. manet ergo salua & ab omni corre-

BIU Cujas

ctione tuta sententia & constitutio veterum, in eo vt per morã perpetuetur obligatio dandi, necessariã esse interpellationem. Nec moueat nos ratio qua vtitur ibi Iustinianus, *cum ea quæ promisit ipse in memoria sua seruare non ab aliis sibi manifestari debeat poscere:* quod scilicet hæc ratio possit etiã locum habere vbi dies tantum additur. Quid si negauero? & vt concedat quis, non propterea dicẽdum est illam rationem plus decidere quam ipsam decisionem, ne correctiones quæ sunt odiosæ extendamus.

Iam

BIU Cujas

Iam verò id perridiculum est huc adducere quæ de ædilitio edicto cauta sunt, de vitiis quæ latent. l. j. ff. de ædilit. edict. & non esse certiorandum qui certus est. l. j. §. j. de actio. emp. nõ enim ad solam sciẽtiam pertinet interpellatio, sed ad moram & culpam constituendam. Quinimò nec cum denuntiatione quæ fit euictionis causa comparanda est interpellatio ad dandum, vt quæ solemnior & exactior esse debeat. l. si dictum. ff. de euictio. l. sed si ex stipulatu. ff. de verb. obliga.

Cum igitur nec l. magnã.

BIU Cujas

C. de contrah. ſtipul. nec l. 2. C. de iure emphyteutico quæ meminit eiuſdem legis. *magnam* & idem de pœna caducæ emphyteuſeos ſtatuat, nec l. Traiectitiæ. ff. de obliga. & actio. nec l. ſi ita quis. §. Seia cauit. de ver. obliga. nec l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio. iud. ſiſt. cauſa. nec l. pecunię. 9. ff. de vſuris. contra ſentientium opinionem iuuet (vt iudicatũ eſt) videamus quam tutè ſe aliis legum allegationibus arment. Citant l. ſi fundum. 114. de verb. obliga. ſed in eo, venia eorum dictum ſit, & παραλογίζουσι, & παραλήρουσι. Tractat

ctat ea lex de ſtipulatione faciendi, FVNDVM CERTO DIE PRÆSTARI, non de ſtipulatione dandi, ac proinde cõmittitur in id quod intereſt, moram facti non eſſe vt eſt in Florentino libro. Ergo nihil illa lex ad moram proprie dictam, id eſt moram dandi: nihilque pertinet illa lex ad conſtitutionem veterum, perpetuari obligationẽ poſt moram per interpellationem factam re poſtea perempta. l. ſi ex legati. l. ſi ſeruum. ff. de verb. obliga. Si ampliorem huius argumentationis explicationem deſide-

BIU Cujas

rant aduersarij, hi sanè sint ad veteres dupondio reiiciẽdi, in quo gradu si vel minimo tempore cõstitissent, non ita passim in iuris principia & limina impingerẽt. Citant l. si hominem. 37. ff. mandati. sed quorsum? cur non eam interpretamur secundum l. si ex legati causa? Citant l. promissor. 21. §. 1. ff. de constituta pecun. sed quàm miserè errant? nihil enim aliud sentit, quã Constituere esse certum diem solutioni destinare & præfinire, si tamen certus dies non sit præfinitus, tacitum diem decimũ intelligi præfini-

BIU Cujas

finitum: an vero interpellatio necessaria sit, necne ad moram, mirum interim silentiũ, nihilque minus ibi quærebatur, quod homines illi non animaduerterunt. Relinquitur, cum nullam constitutionem aut legem proferāt qua statuatur vbi dies tantum additus est, ibi non esse necessariam interpellationem, nos autem generales definitiones & regulas multas attulerimus quę dicant non fieri moram dandi nisi cum interpellatus non soluit, vt sententiæ nostræ interim locus sit donec ij suam impleuerint.

BIBLIOTHEQUE PARIS

BIU Cujas

Sanè noua non est hæc nostra sententia sed veterum Gallorum à qua temere Itali discessionem fecere vt notat Ferretus qui idem, quod nos sentit. Ex supradictis colligimus rectam esse moræ definitionem nostram, falsam verò Accursianam ad l. mora. de vsuris & mora. *Mora* (inquit) *est, cum quis maior* XIIII. *annis non habens curatorem, interpellatus per diei adpositæ lapsum, vel per litis contestationem, vel per eius cui debetur denuntiationem congruo loco & tempore factam, cum intelligat se debere vel intelligere debeat, nec omissa sit*

Accursiana definitio moræ.

BIU Cujas

sa sit debiti repetendi instantia, & sine causa, distulit rei præstationem vel solutionem. Quam definitionem ideo subieci quia, illo quem disputamus articulo excepto, nemo nec veterum, nec recentium exactius definiit. Ac de moræ definitione hactenus, in qua rectè constituenda potissima pars huius quæstionis consistit.

De mora in re, & mora ipso iure, quæ & Irregularis vulgo dicitur.

CAPVT V.

DE mora propriè dicta dictum est quæ 1
regularis dicitur.

BIU Cujas

Interdum tamen sine interpellatione iudex decernit moram in re ipsa fieri creditori, vt si forte nõ extat qui conueniatur. l. sed & si. §. 1. ff. de vsuris. sicuti e conuerso debitor non est in mora ne in requidẽ, si nemo fuit post mortem creditoris cui solueretur pecunia fœnebris. l. pecuniæ. ff. de vsuris. l. ad diem. 77. ff. de verbo. obliga. l. vlt. ff. de nautico fœnore. Hanc moram forte quis decretalem meritò appellet. arg. d. l. sed & si. De vsuris. vulgus vocat Irregularem.

11 Fauore pupillorum & minorum

BIU Cujas

norum latior interpretatio facta est circa tutelæ vel curæ restitutionem, vt nisi vltrò quod debet tutor aut curator obtulerit, ex die tardæ solutionis quasi mora verè ac per interpellationem facta, vsurę debeantur. l.j.§.vlt.ff.de vsuris.l.3.§.1. ff.de adimendis legatis. l.in minorũ. C. in quibus caus. in integ.resti.non est necess. *In minorum* (inquit) *persona, reipsa & ex solo tempore tardæ pretij solutionis recepto iure moram fieri creditum est*, in his videlicet quæ moram desiderant. In bonæ fidei contractibus & fideicom-

BIU Cujas

missis & legatis. Idem cauetur in l. curabit. C. de actio. empti. vbi illa verba, *licet nulla mora intercesserit*, proprie eam solam moram vocari indicant quæ fit per interpellationem quæ antea à nobis definita est. eodem pertinet. l. antepen. §. 1. ff. de lega. secundo.

111 Similiter & in condictione datorum dotis causa, in re mora fit. l. videamus. 38. ff. de vsuris. quæ de pupillo dicta sunt sic procedunt, si debitor aliquē habuit puta tutorem pupilli cui posset soluere, quia soli pupillo cur non soluerit, ei non est im-

BIU Cujas

putandum. l. cum quidam. §. si pupillo. ff. de vsuris.

Item fideicommissaræ li- IIII
bertati in re mora fit. l. cum verò. §. apparet. ff. de fideic. liber. vbi & ratio fauoris redditur quæ & aliis moræ in re casibus aptari possit.

Extat alius casus huius v generis moræ nondum ab interpretibus obseruatus in l. 45. Græca. C. de episcopis. vt heredes differentes implere pias voluntates defuncti in re & ipso iure moram absque interpellatione faciant & fructus debeant à tempore mortis, & alias accessiones, ἐ σκοπουμένης τῆς MO-

BIU Cujas

RAS ἀπὸ προκαθάρξεως καὶ ἀστιάσεως, ἀλλ' αὐθῳ τῷ νόμῳ δικάσης γίνεσθαι τὴν καλουμένης MORAS, &c. sed & idem in ecclesia quod in minore dici volebant etiam ignorata hac lege interpretes. glos. ad §. item mixta. institu. de actio.

VI Similiter in vsurariis stipulationibus & factorum stipulationibus, & pœnalibus, videtur in re mora fieri ipso iure. d. l. Traiectitiæ. ff. de obliga. & actio. d. l. pecuniæ. de vsuris. d. l. magnam. C. de contrah. stip. d. l. cum filius famil. 49. §. vlt. ff. de verb. obliga. Adduntinterpretes 7. casum. si iuramentum

BIU Cujas

tum accesserit, moram in re fieri. c. breui. extra de iure-iurando. quod non recte inde probatur. illic enim proponitur requisitus.

De plusquam mora, quæ & ipsa in re mora est.

CAPVT VI.

HÆc nobis visa est à superioribus moris separanda quia non est mora tantum, quæ sola propriè dicitur mora, l. si seruum. §. sequitur. ibi. *si verò moratus sit tantum*. ff. de verb. obliga. sed etiam dolum & delictum quod

BIU Cujas

est in faciendo coniunctum habet, quò fit vt purgationem non admittat, quod solius moræ nudæ proprium est, vt postea dicemus. Plusquam moram licitè appellamus, quando iurisconsultus plusquam frustratorem debitorem huiusmodi appellat. l. 1. §. quod autem, l. merito pen. ff. de vi & vi armata. *quia* (inquit) *ex ipso tempore delicti plusquàm frustrator debitor constitutus est.* In hoc genere moræ ponimus eum qui de vi interdicto tenetur, aut actione quod metus causa, aut condictione furtiua. l. item si cum. ff. de co

BIU Cujas

eo quod met. cauſ. l. 8. §. 1. ff. de condictio. furtiua. & l. vlt. ibid. Perperam autem quidam in hoc genere locant omnes malæfidei poſſeſſores. arg. l. ſed ſi lege. §. quod ait. ff. de petitio. hereditatis. & l. ſi nautem. §. ſi homo. ff. de rei vindica. nam in priore lege agitur de eo malæfidei poſſeſſore qui prædo eſt & inuaſit bona. Ergo & hic de vi tenetur. l. vlt. C. vnde vi. & poſterior lex de eodem genere malæfidei poſſeſſoris loquitur, cum meminerit & Senatuſconſulti de petitione hereditatis. Cæterum hanc quo- *Hottom.*

BIU Cujas

que plusquàm moram, moram in rem appellat. l. vlt. C. de cõdictio. ob turpem causam. sed ab ea in rem mora separanda est, quæ mora est tantum. Nam hæc mora Martini distinctionem non admittit an res eodem modo esset apud creditorem interitura. l. penult. ff. de vi & vi armata. Hanc plusquam moram Ferretus vocat moram quæ nascitur de repente: aliam verò moram quæ nascitur sensim.

refutatur & per l. si plures in fi. ff. depositi. quia ex solo dolo conuenitur depositarius aut lata culpa. & tamen in eo distinguitur an res eodem modo fuerit peritura.

BIU Cujas

De mora quæ fit per litis contestationem.

CAPVT VII.

NEc semper litem contestando morā contrahit debitor, puta si sine dolo malo & iustè ad iudicium prouocauit. l. si quis solutioni. ff. De vsuris. l. qui sine dolo. ff. de reg. iuris. l. illud. ff. de petitio. her. nec ea mora quæ litem contestando cōtrahitur propriè solet vocari mora. quoties tamen quis iniustè liti-

BIU Cujas

gat moram cōtrahit & perinde tenetur de periculo Stichi ac si Stichus viueret. l. Nemo. 82. §. 1. ff. de verb. obliga. sed & sola libelli oblatione debitori facta (si in eius notitiam peruenit) facta videtur interpellatio. vt rectè sentit Decius contra Bartholum in l. vinum.

De effectu moræ proprie dictæ, seu de eius pœna.

CAPVT VIII.

QVIA mora sua cuique est nociua. l. in condemnatione. §. vnicuique. ff. de reg. iuris. & fru-

BIU Cujas

frustrationem non oportet esse impunitam. l. 3. in fi. ff. de vsuris, nec cuiquam frustratio sua prodesse debet. l. hominē. 37. ff. mandati. hanc pœnam constituerunt veteres vt per culpam (id est moram culpandam) perpetuetur obligatio re seu certa specie perempta post moram. l. si seruum. §. effectus. & §. sequitur. l. nemo rem suam. 82. §. 1. l. inter stipulantem. §. pen. ff. de verb oblig. l. si ex legati causa. ibid. l. quod te. ff. de reb. credit. l. cum seruus legatus. 39. §. ipsius quoque. ff. de legat. 1. l. si quis solutioni. 24. in fi.

BIU Cujas

ff. de vsuris. l. is qui ex stipulatu. 45. ff. de obligatio. & actio. huicque regulę locus est siue per interpellationē siue per litis cōtestationem facta sit mora. l. si plures. ff. depositi. l. si homo. ff. de re iudicata. Ratio constitutionis vererum non est obscura, quam scilicet modo attigi: Ne aut debitori sua mora prosit, & interdum in potestate eius esse videatur an debeat & facto suo suam obligationem tollat, vt de fideiussore dicitur in d. §. sequitur. §. nunc videamus. aut creditori ea mora obsit. Et sicut in actionibus in

rem

BIU Cujas

rem pro possessione dolus est, ita in actionibus in personam & condictionibus, pro re mora est: Ad summas non pertinet regula nec ad res constantes numero pondere mensura nec ad genera: primum quia hæ res non possunt perire. l. incẽdium. C. si cert. peta. l. in ratione. §. incertæ. ff. ad leg. Falcid. instit. quib. mod. re cõtrah. obli. §. item ibi. *hoc ita nisi oblatio secuta fuerit*, quia non fit oblatio nisi in certo corpore quod speciei rationem subit. l. qui decem. ff. de solutio. deinde quia mora harum rerum dandarum

BIU Cujas

nullo magis incommodo debitorem adficit, quàm si moram non fecisset in stricto (inquã) iudicio de quo solo agimus. nam omni casu sequimur definitionem l. vinum. De reb. cred. l. vlt. de Triticiaria. l. quotiens in diem 59. cum l. seq. de verb. obliga. & in his propter promiscuã functionẽ & varietatẽ pretiorũ videtur semper æstimatio in condemnatione esse, genus verò in præstatione. Quod dicitur mora perpetuari obligationẽ sic personis aptãdum est. Reus principalis tam suam quàm fideiussorum & accessionũ

suarum

BIU Cujas

ſuarũ perpetuat obligationem tam ſibi quàm ſuis ſucceſſoribus acceſſionũ, quia illi in totam cauſam ſpopõderunt. Fideiuſſor verò ſuã obligationem tantum perpetuat ſibi & ſucceſſoribus ſuis, non autẽ principalem, ſed & qui interpellauit & heredi eius hereditario iure competit pœna moræ. l. ſi ſeruum. §. nunc videamus. de verb. obli. l. ſi quis ſolutioni. §. 1. ff. de vſuris. & l. cum patrifa. ibid. In ſumma vnicuique mora ſua nocet, quod in duobus reis promittẽdi obſeruatur. l. in cõdemnatione. 173. §. vnicui-

BIU Cujas

que.ff.de reg.iuris.ad hunc locum referēda est. l.mora. 88.de verb.ob. mora rei fideiussori quoque nocet. sed si fideiussor seruum obtulit (moram rei purgando subaudi) mortuo Sticho fideiussori succurrēdum est. Sed si fideiussor hominē occiderit reus liberatur: fideiussor autē ex stipulatione conueniri potest. Idem & in patre dicendum quod in fideiussore, si filius fa. moram fecit & seruus decessit. vel si pater moram fecit. l. 49. de verb.ob.

Item effectus huius regulæ seu constitutionis veterum

BIU Cujas

rum (erat enim eis data potestas iura constituendi) hic est, vt adhuc Stichus peti possit, qui post morã periit, & accepto ferri, & eius obligationis fideiussor accipi, & eo obligatio nouari possit. d.l. si seruum. §. vlt. de verb. oblig. l. nemo. 82. §. 1. ibid. Dicet aliquis quî fieri potest vt homo petatur qui non est, aut æstimatio eius quæ non debetur? Respondeo. quoties res quæ debetur, præstari non potest, totiens æstimatio (licet non debeatur) deducitur in condemnationem officio iudicis. l. fideicommissa. §. si ser

BIU Cujas

uo alieno. s. de leg. 3. l. promissor hominis. & l. promissor stichi. ff. de constituta pec. l. cum seruus legatus 39. (ali. erat. l. apud Iulianũ.) §. ipsius. de legatis primo.

Sed quæritur cuius temporis æstimationem iudex sequetur? condemnationis tempus quando extat inspiciet. Sed hîc vbi perisse dicimus tẽpus mortis ἐν πλάτει inspiciet, id est proximum morbo lætali vel vulneri mortifero. Ita tamen vt si res deterior facta sit post moram, ad tempus moræ reducatur æstimatio. l. 3. ff. de Triticiaria. quæ ad species

BIU Cujas

cies ea conditione petitas pertinet, cum l. vlt. eod. tit. ad merces, id est vinũ, oleũ, frumentum pertineat, vt scriptura Florẽtina demonstrat. nec terreat nos. l. 3. §. in hac. ff. commodati. in strictis iudiciis tẽpus litis contestatæ spectari. nam Triticiariam conditionem cum ad æstimationem ventum est, volunt fieri arbitrariam, vel nisi hoc dicere placeat, illa lex 3. ita accipiẽda erit, nisi mora facta sit. Præter hanc æstimationem nihil aliud post morã venire dicimus, neque vsuras, neq; fructus, neq; id quod interest.

BIU Cujas

Hæc mora & hic moræ effectus habet locum vt dixi in stricti iuris condictione certi Triticiaria non in cæteris actionibus, nec in actione præscriptis verbis. nec obstat. l. naturalis. §. sed si schyphos. quia ibi Stichus non est in petitione sed id quanti interest succedit, itaque non potest dici perpetuata obligatio. Et eadem ratione non habet locum regula in actionibus bonę fidei quæ in incertum concluduntur, nec per eas omnimodo rem dari petimus, nec rem nostram restitui debere intendimus.

Super-

BIU Cujas

Superest celebris illa disputatio & quæstio inter Martinum & Ioannē quem sequitur Accursius. An cōstitutio veterum ita moderāda sit, vt tunc perpetuetur obligatio, demum, cum creditor potuisset distrahere rem si ante moram fuisset data. Quod Martinus putat arg. l. si plures. §. 1. ff. depositi. quæ licet hoc de iudicio depositi quod bonæ fidei est, definiat: tamen l. si in Asia. §. 1. eod. tit. docet idē circa hunc articulum statuendum & circa condictiones stricti iuris. nec ratio diuersitatis reddi facile

BIU Cujas

poteſt. Nam & in rei vindicatione idem definitur. l. item ſi verberatum. 15. & l. ſeq. ff. de rei vindica. & in actione ad exhibẽdum quæ eſt in perſonam. l. de eo 12. §. ſi poſt. ff. ad exhib. Nec pro Martino eſt. l. itẽ ſi cum. §. quid ſi homo. ff. quod met. cauſa. vt falsò pro eo allegat Accurſ. in gloſ. magna. l. quod te. ff. de reb. cre. quia ibi loquitur lex de eo qui ſine mora periit, vt quãuis alij debitores hoc caſu liberarentur indiſtinctè, tamen non liberetur metus reus, niſi ſi res eodem modo erat peritura domino, at ſi do-

BIU Cujas

si dominus erat distracturus, si fuisset redditus, tenebitur, vt ibidem postea dicitur in §. sed & si non culpa. In alteram partem quæritur an cõstitutio veterum strictè accipienda sit & indistincte vt post moram perpetuetur obligatio siue creditor erat distracturus siue non erat, si res ante moram esset data, quod Ioannes putat, & Azo, & Accursius. arg. l cum res. §. vlt. ff. de leg. 1. sed ille locus contra Accursium retorquetur. Illic enim additur ratio, quia distracturus fuisset legatarius. ergo à contrario si non fuis-

BIU Cujas

set distractus, non teneretur de periculo, nec perpetuaretur obligatio. Nam nō in eo stare distinctionē oportet, an res naturali interitu perierit, neq; id puto voluisse Martinū. Nam illic naturali interitu, id est chasmate fundus legatus periit, illum tamen interitum præstat heres, sed eò vsque pertingere debet distinctio, vt eo genere naturalis interitus res perierit qui quia præuideri ante potuit, deterriturus fuerit omnes emptores, qualis est serui vetuli & ad nullum pretium iam redacti interitus & mortalitas in d. l. si plu-

BIU Cujas

plures. ff. depositi. In summa: hoc exigim⁹ vt creditor fuerit distracturus, scilicet si voluerit. Id est vt aiũt Basilica vt id de quo agitur fuerit πρᾶσιμον. sunt qui exẽplis id vlteri⁹ exequãtur. nobis hac fini id definisse sufficit.

l. item si. §. vlt. & ibi greci. ff. de rei vindicat.

vt Donellus.

Non iuuat Ioannis opinionem. l. 1. §. rectissimè. & l. pe. merito. ff. de vi & vi armata. quia furem, raptorem, Inuasorẽ, metus reum plusquam moratores debitores esse diximus & ideò sine hac distinctione puniri eos vt quodcunque periculum indistinctè agnoscant. l. 8. §. 1. & l. vlt. ff. de condictio.

BIU Cujas

furtiua. vt dictum est s̃. cap. 6. Nec nobis obstat quod fur & morosus æquiparantur in l. inter stipulantem. §. Stichum. ff. de verb. oblig. quia illic fieri comparationem maio à maiori ad minus.

Secundus effectus moræ est ac secunda pœna, seu primi effectus quoddam membrum, & quædam accessio, quôd si res post morã extet & detur, sed deterior facta à tempore morę, vel corrupta vel deminuta, teneatur debitor quoque huius deterioritionis nomine vt quod de toto interitu dictum est, dicatur & de interitu partis

seu

BIU Cujas

ſeu deminutione, perpetuari quoque deminutæ partis æſtimationem. l. 3. ff. de Triticiaria. vbi exemplum eſt ſerui eluſcati dati poſt moram qui ante moram viſum habebat incorruptum & addenda eſt. l. in re furtiua. ff. de condic. fur. §. 1. ſed & idē conſiderandum ait in æſtimatione mortui facienda, ſi poſt moram, ante mortem factus erat deterior.

Tertius effectus eſt moræ (quæ tamen per litis conteſtationem fit) vt à tempore accepti iudicij ſeu litis conteſtatæ Cauſa omnis reſtituenda ſit præter rem

BIU Cujas

ipsam quæ erat in obligatione, id est id omne quod habiturus esset actor si litis contestandæ tempore fundus aut Stichus petitus, solutus esset: ne moratori mora sua sit lucrosa. l. cum fundus. de reb. cred. & l. 2. ff. de vsuris. *vulgo receptum est* (inquit) *vt quamuis in personam actum sit* (quia scilicet id tãtum in actionibus in rem locum habere videbatur) *post litem tamen contestatam causa præstetur*. Cuius opinionis ratio redditur, quoniam quale est cum petitur, tale dari debet, ac propterea postea captos fructus par

tum-

BIU Cujas

tumque editū restitui oportet. Idem quoque dicitur in l. præterea. 20. ff. de rei vindicat. CAVSA autem cur id appelletur, variæ opiniones varias adferunt rationes. Causam quidam per inde dici aiunt atque litem, id est quod in causam & iudicium venit. Alij (vt & vulgus) pro causa caussata, id est effectu & emolumento quod ex ipso corpore principali nascitur, vt causa pro effectu sumatur Albericus ad l. si rem tradi. ff. de verb. oblig. Ego si aliquid tentare ausim, putarim ita dictā, quod Causa sit, quod bona

Donellus hic.

BIU Cujas

nobis ex re principali proueniunt, nosque beant. ad quid enim fundum in bonis numerabimus si nulli inde fructus nobis accedēt? vel Causa ideo appellatur quia est res quæ in eadem causa bonorū habetur cum ipsa re principali. Nam Greci Causam vbique vertunt πρᾶγμα in basilicis. Sic vendere rem cum sua causa est vendere cum sibi annexis rebus, circunstantiis accessionibus: & ita Causam bonorum accipere oportet in l. in conuentionalibus. §. 1. ff. de verb. obliga. obligationem vacuam possessionem

BIU Cujas

nem tradi licet non contineat proprietatem tradi, tamen continere cæteras res quę in eadem bonorum ſeu dominij cauſa ſunt, licet occaſione rei principalis. Seu vt planius dicamus, partus & ſecūdi fœtus ideo Cauſa bonorum appellantur, quia in bonis creditoris haberentur, ſi mature res reſtituta fuiſſet, ideò reſtituere Cauſam bonorum, eſt reſtituere occaſionem adquirendi in bonis, quæ erat annexa reſtitutioni rei principalis. & quia ea occaſio iam in exitum abiit & effectum reſtituere eiuſdem occaſio

BIU Cujas

nis ceu Causę effectum. quę interpretatio ex verbis Papiniani elici potest, l. 4. ff. de vsuris. *Etenim* (inquit) *ancilla tradita, partum postea editum in bonis suis reus stipulandi habere potuisset.* quasi dicat ipsam causam & rationē habendi in bonis partum, iam tum inclusam & in lumbis quodammodo ancillæ fuisse, & licet ipse partus statim non fuisset in meis bonis simulátq; editus fuisset, tamen fuisset ex bonis vt dicitur instit. De vi bo. rap. §. in hac. id est fuisset ex rebus meis licet non ex bonis, ita vt potuisset vsucapione

BIU Cujas

pione per me quæri. Nam hoc interest inter fructum & partum, & inter fœtum primum, & fœtum fœtus, id est fœtum secundum, quod illum iure dominij statim habuissemus pro cultura & cura. §. si quis à non domino. instit. de rer. diuis. at partum ancillæ & fœtum animalium secundum non habuissemus in bonis, sed in Causa & occasione bonorum, quia potuissemus adquirere dominium eorum vsucapione. & hoc discrimen inter fructus & causam recte declaratur in l. equis. 8. ff. de vsuris. ex qua dicen-

BIU Cujas

dum est fructus quidem venire à tempore moræ, à tempore veró litis contestatæ (iniustè scilicet) non solum fructus sed etiam causam venire hoc est partus ancillæ & fœtus fœtuũ seu partũ secũdum, cui legi coniungẽda est. l. equis. 39. ibidem. quæ aliud iuris esse ait equitio legato, id est, grege equorum: quia tunc fœtus non vt fructus à re principa-
Accessio. li separati & vt accessio debentur, sed vt pars rei principalis, quia in sortem totius gregis computantur, & quasi pars equitium augẽt. l. grege. & l. seq. ff. de lega. 1.

Atque

BIU Cujas

Atque tum fœtus non vt Causa sed vt accessio debẽtur, sicut & id quod per alluuionem fundo petito accessit. Denique hoc interest inter causam, fructus, & accessiones, quod causa & fructus proueniũt ex ipso corpore principali vel directò vel secundarió & separatim censentur: at accessiones, etiã si ex ipso corpore prouenire possint, tamen separatim non censentur, sed vt pars rei principalis habentur, & eadem ratione debentur qua causa, quia tale quidque reddi debet quale est cum petitur. nec facile

BIU Cujas

ſub titulo de vſuris reperie tur aliud exemplum acceſſionis præter hoc, ſed hę acceſſiones etiam ſine mora debentur, non ergo recte inter effectus moræ numerantur. Sed hæc de his dixiſſe quis non putet diſtinctio nis tantum gratia. Sunt tamen qui vſuras, fructus, partus, fœtus primos & ſecundos, mercedes, adquiſitiones ſeruorum, alluuiones & conſolidationes vſusfructus generali acceſsionis verbo contineri velint, maxime cum in indice titulorum Florentino cõpendioſius inſcribatur tit. de vſu-

ris

BIU Cujas

ris & omnib. accesſionibus & mora.

Quartus effectus moræ non generalis vt cæteri tres ſed in certis tantum conditionibus locũ habere creditur vt fructus reſtituantur, vt in conditione cauſa data, conditione indebiti aut ſine cauſa, actione Pauliana & Fabiana. Sed in quibuſdam caſibus ſine mora fructus veniunt, ideò non recte hic effectus moræ adſcribitur. l. videam⁹. in prin. ff. de vſuris. l. qui ſe debere. §. vlt. ff. de condic. cauſa data. ſed & ex mora in re debentur. d. l. videamus. Qui

BIU Cujas

hunc moræ effectum tradunt quod post eam venit id quod interest, itemque vsuræ, falluntur vt postea dicemus, vt & qui dicunt eam facere quem malæfidei & prædonem.

vt Ferretus in lib. de Mora.

De purgatione seu extinctione & emendatione moræ.

CAPVT IX.

REGVLA superius tradita de perpetuatione obligationis post moram, de mora perseuerante & obstinata, nec emendata intelligenda est. Purgari enim & emendari

BIU Cujas

dari posse moram receptum est & cum id in dubium à quibusdã reuocaretur, Celsus adolescens respondit hanc quæstionem esse de bono & æquo meritò. Quia si strictum & directum ius spectemus crimen semel admissum, nec restitutione quidem purgatur, nedum pœnitentia l. pen. ff. vi bo. rapt. l. 1. §. si rem depositam. ff. depositi. l. quia ea mente. ff. de furtis. l. quis sit fugitiuus. ff. de ædilitio edicto. Singulari iure voluerũt Christiani Imperatores hæresim pœnitentia purgari, præfati tamen crimina pœna pur-

BIU Cujas

gari non pœnitentia l.licet Codice Theodosiano De hæreticis. Sed alia ratio est, earum culparum quæ faciẽdo committũtur, in quibus numquam dubitarũt iurisprudentes an purgari possent? Nam si promissum hominem promissor occiderit, expeditum intellectum habet constitutio illa seu regula veterum inquit. l.si seruum: id est indubitatum est non posse purgari eam culpam, atque ita perpetuari omnimodo obligationẽ: factum enim infectum esse non potest. Si verò moratus sit tantum (inquit) hæsitatur an si

BIU Cujas

an si postea in mora non fuerit, extinguatur superior mora. Et Celsus adolescẽs, inquit, eum qui moram fecit in soluendo Sticho quẽ promiserat, posse emendare eam moram postea offerendo: esse enim hanc quæstionem de bono & æquo in quo genere plerumque sub auctoritate iuris scientiæ perniciosè, inquit, erratur. Et sane probabilis hæc sententia est, quam quidem & Iulianus sequitur. Nam dũ quæritur de damno, & par vtriusque causa sit, quare non potẽtior sit qui teneat, quàm qui persequitur. Id

BIU Cujas

est cum vterque de damno vitando certe & vterque sit in mora debitor dandi, creditor accipiendi, cōmunis culpa actori potius quàm reo debet nocere etiam si diceremus priorem moram per posteriorem non extingui. Et hæc argumēratio Iuliani fuit & Pauli. Nam & dolus dolo compensatur, ergo mora cū mora. l. Apud. §. Marcellus §. de doli exceptio. At Celsus simpliciter priorem moram voluit extingui. Cæterum cum sit hæc quæstio de bono & æquo, consequēs non ipso iure emendari seu purgari,

aut

BIU Cujas

aut extingui moram priorē, sed opposita doli exceptione, vt dicit Paulus. l. interdum. 73. §. vlti. ff. de verb. oblig. & l. 17. ff. de constitutā. & Marcellus. l. qui decē. 72. de solut. nec vera est ad eum locum Bartoli distinctio, genere quidem oblato per exceptionem extingui morā, specie vero oblata, ipso iure: quia illic in secundo responso debitor numquam fuerat interpellatus nec erat in mora, alioqui cōmiscentur duo exempla de seruo & nūmis oblatis. At exceptio illa doli inest bonæ fidei iudiciis. l. hu

BIU Cujas

iusmodi. §. si cui homo. & §. qui seruum. ff. de leg. 1. Neque Paulo obstat l. stipulatus sum Damam. 105. ff. de verb. oblig. vbi ipso iure videtur Sabinus dicere extingui moram, & denegandam actionem ex stipulatu. quia ibi non agitur de purganda mora promissoris quę numquam interuenisse illic traditur: sed sola stipulatoris mora proponitur, ideò hoc casu ipso iure liberatur promissor. Aliam quoque rationem tradit Marcellus in d. l. qui decē: *Quia non est ęquum teneri pecunia amissa, eum, qui non teneretur si creditor pecuniam*

BIU Cujas

niam accipere voluisset. & pro soluto id in quo creditor accipiendo moram fecit, oportere esse. & Pomponius. *In omnibus causis pro facto accipitur id in quo per alium moræ sit, quominus fiat.* l. in omnib. ff. de reg. iuris. Cæterum concurrente vtriusque mora sepe posterior nocet. l. illud. de pericu. rei ven.

BIU Cujas

Pro regula igitur receptũ est moram dandi oblatione opportuno loco & tẽpo refactã, & i qua sit perseuratũ nec cessatũ, & rei integræ nec deterioratæ, purgari eluti, emẽdari circũduci, extĩgui

l. si seruum. §. sequitur. ff de ver. ob.
l. interdũ. 73. §. vlt. ff. de verb. obl.
l. qui Romæ in prin. ff. de verb. oblig. & ſ. Seia. ibid.
l. 3. §. vlt. ff. de actio. empti.
l. sed & si. ff. de constituta.
l. qui decem. 72. in princ. & §. 1. ff. de solutio.
l. huiusmodi. §. si cui homo. ff. de lega. 1.
l. in omnibus. 38. ff. de reg. iur.

Cæte-

BIU Cujas

Cæterum quod dicimus moram purgari posse, id verum est in id prodesse tantũ purgationem, vt à futuro damno futuraque pœna moræ & effectu futuro excuset re adhuc integra. Cæterum nequicquam ad vitandam iam inflictam & commissam pœnam, mora iam punita purgabitur: quia factum infectum reddi nequit, nec pœna iam inflicta reuocari. l. magnam. C. de contrahen. stipul. l. Celsus. ff. de receptis. l. Traiectitię. ff. de obli. & actio. nec debet iam quęsita pœnæ executio actori auferri. l. penult. ff. de pact.

BIU Cujas

l. habere. ff. de euictio. Excipiunt vulgò cautionem iudicio sisti, ex qua pœnam quoque iam cõmissam purgari aiunt, si post aliquot dies quam commissa est, sistatur. l. etsi post tres. ff. si quis cautionibus. Sed illic non fuit certa pœna addita, sed ea solum (quæ in formulis à Prætore proponi solet) QVANTI EA RES EST. quod & Bulgarus notauit. sed effugium istud existimo parum tutum. Promiscuè enim & frequentius solebat pœna addi. l. 2. ibid. & quod fieri solet pro dicto habendum est, licet id Iuriscon-

BIU Cujas

consultus non expresserit. Quinimo si pœna non fuisset addita, non fuisset necessaria exceptio, quam requirit Gaius, imò ipso iure non esset commissa stipulatio quanti ea res est. Nam cum pro certo sumat Iurisconsultus actoris ius non esse factum ex mora deterius, nihil interest actoris, si nihil interest, non committitur stipulatio. Dicamus igitur pœnam fuisse additam & quamuis nihil intersit, ipso iure fuisse commissam: Sed exceptionem doli competere vt in talibus facti obligationibus solet & Præto-

BIU Cujas

iis præsertim, in quibus pœna additur eius quod interest taxationis vice, & si nihil interest datur exceptio. l.2.in fi.ff.de verbo. obliga. Nam regula quæ tradit non inspiciendum quanti interfit, cum pœnam quis stipulatur, ad dandi obligationes pertinet non faciendi vt diserte docet Theophilus insti.de inu.stipula.§.pœnã. in fi.Pœnam ergo dandi semel cõmissam deprecari nõ possumus, sed pœnã faciẽdi variis modis & excusationibus & exceptionibus deprecamur, præsertim in illa sistendi in iudicium facto,

quia

BIU Cujas

quia Prætoris mens fuit eũ pœna adstringere, non qui non stiterit simpliciter, sed qui per cõtumaciam & culpam, non per casum aut leuem culpam non stiterit, & in Prætoriis mens Prætoris animaduertenda est. l. in conuentionalibus. De ver. oblig. Sed meminerimus nos de mora dandi non de mora facti instituisse tractatum. Item ita demum purgatur si res sit integra. item vsque ad litem cõtestatam, post quam non dicitur res integra. l. sed & si alia. ff. de constituta. l. si penum. ff. quando dies legat. ced. Sed

BIU Cujas

& si post litem contestatam in dandi obligationibus eadem res offeratur non deminuta, aut si deminuta fuerit offeratur cum litis sumptibus & omni causa simul & pretium huius deminutionis existimẽ & tunc moram posse purgari, imò & reum absolui, quia omnia iudicia sunt absolutoria. §. vlt. insti. de perpet. & temp. actio. Sed quidam negant hoc casu purgari moram à debitore, sed potius à iudice & eius officio id fieri, quo continẽtur omnia quæ in iudicium veniunt. l. ædiles. §. item sciendum. ff. de

ædili-

BIU Cujas

ædilitio edicto. Atque hoc proprie modo per oblationem mora purgatur ab ipso debitore, si oblatio recte fiat opportuno tempore & loco, quamuis sine obsignatione & depositione fiat, sitque nuda oblatio, nec creditor velit accipere. Nã si accipiat profligata res est, & solutione tollitur & mora & obligatio tota sicut prę statione facti in faciẽdi obligationibus. Et ita oblatione & solutione extinguitur mora facto debitoris. Sed & facto aut voluntate creditoris plerumque mora tollitur, puta si sua sponte re-

BIU Cujas

misit repetendi debiti instantiam. l. mora. De vsuris. Sed id non est satis, nisi etiã aliquid fecerit, quo tacitè morã remisisse & indulsisse videatur: puta nouatione vel delegatione obligationis purè facta, quo casu semper purgatur mora nulla distinctione adhibita res fuerit præsens an absens. l. parui. ff. de condictio. furt. sed si conditionalis fuit nouatio, non prius purgatur mora quam conditio extiterit, id est, nouatio effectum habuerit, nisi rem præsentem fuisse proponamus. Præsentia enim efficit vt in nouatione

BIU Cujas

tione cõtrahenda videatur interuenisse oblatio. l. qui decem. §. 1. ff. de solutio. quod si ea obligatio sit quæ nouari non possit, vt est condictio rei furtiuæ extantis, nulla tunc fit moræ purgatio, nec inspicim⁹ stipulãtis tam errorẽ, quàm veritatẽ. vt paret ex l. scire deb. §. vlt. De verb. oblig. vbi post nouationem factam durat tamen condictio furtiua hominis quamdiu viuit, quæ non duraret, si mora esset purgata, esset verò purgata si condictio extantis esset nouata, cum illic purè sit facta nouatio, sed nouatio

BIU Cujas

in extinctę post moram pretio tantum constitit, licet pura fuerit.

Excipiunt tamen purgari moram quibusdam casibus non posse: quod totum interpretum commẽtum est: sub occasione iuris prudentiæ (quæ solida certe in his non fuit) ab æquo & bono contra Celsi pręceptum desciscẽtium. Ac primũ quod aiunt, facultati purgandæ moræ pacto renuntiari posse, iniquum esse arbitror, certè nulla iuris scriptura subnixũ & veró bonis moribus contrarium. exemplo renũtiationis aduersus pro-

mis-

BIU Cujas

missionem desertam iudicio sistēdi, quæ non est permissa. l. 4. §. quæsitum. ff. si quis cautio. & arg. l. alia. ff. soluto matrimo. Nec l. sancimus. §. sinautem. C. de fideiussoribus eorum opinionem firmat, qua tamen vnica nituntur. Consequenter quod aiunt non posse emendari moram vbi pœna commissa est post diem, ex l. magnam. C. de committ. stip. tale est ac si dicerēt moram extinctam non posse extingui, nam cum per quasi nouationem prior obligatio translata sit in pœnalem & ita extincta, consequens est

BIU Cujas

vt extincta obligatione, extincta sit & mora. quomodo ergo iterum purgari & extingui posset? Sed tamen non verentur & specialiter hunc quoque casum excipere quo non purgetur mora, scilicet facta solutione, hoc est extincta obligatione. l. qui ob rem. de condic. indebiti, quæ hac omnino de re nihil tractat. Æquè commẽtitium est quod putant iuramentum impedire ne mora purgetur. arg. l. si quis maior. C. de transactio. quę nihil ad rem, vt nec alij casus quibus moram non purgari absurdissimè colligunt,

BIU Cujas

gunt, quos refellere supersedeo.

De mora faciendi, tam in strictis quàm bonæfidei & arbitrariis iudiciis.

CAPVT X.

HANC non esse propriè moram vel ex eo manifestum est, quod ibi plerumque facti mora est vbi nulla petitio est, nam facti nulla petitio est, sed duntaxat præstatio, excepto facto quod iniunxit testator. l. in executione. ff. secunda. de verb. obl. l. fideicommissa. xj. §. pen. &

BIU Cujas

vlt.ff.de lega.3.& aliis forte paucissimis casibus.Factum enim per actionem peti non posse indicat. l. si quis ab alio decem.§.vlt.ff.de re iudicata.l.1.ff.de actio.empti. l.4.ff.de vsuris. eôdem pertinet.l. si fundum. 114.ff.de verb.oblig. quam plerique ac fere omnes ad stipulationes dandi referunt, decepti verbo Præstari quod idem putant significare quod dari:cum potius significat præberi,exhiberi,restitui, sitq; verbum generale.Denique res dantur,facta propriè præstãtur,ergo prestari est fieri, solui, exhiberi. Nihil ergo

miri

BIU Cujas

miri si hęc stipulatio Fundũ illis Kalendis præstari, committitur transacto die in id quod interest vt cæteræ faciendi obligationes. Nam si dandi esset, non committeretur sed perpetuaretur. nunquam enim in toto iure reperietur locus, vbi dicatur stipulationẽ dandæ rei certæ committi in id quod interest. Eius enim naturæ est stipulatio Fundũ illum dari, vt non committatur. Et cur quæso committeretur, aut cui bono, cum liceat petere fundum pręcisè dari oportere? Sed totam dubitãdi ansam an verbum

BIU Cujas

Præstari dationē significet an factum, prorsus adimit nobis scriptura Florentina, d.l.si fundum. ita enim habet. *Si fundum certo die præstari stipuler & per promissorem steterit, quominus ea die prestetur: consecuturū me quāti mea intersit moram facti non esse.* Moram facti appellat Sabinus moram præstādi: quæ quia non appellatur simpliciter mora, appellare voluit cum adiectione, morā facti. Præstare ergo est facere & glossam veteres Germanianæ interpretantur παρέχεσθαι. Eant nunc qui edita iam & vulgata editione Florentina,

BIU Cujas

na, vulgata tamen retinendam putāt. Vbi ſcriptum eſt moram factam non eſſe, vel qui vtramque promiſcue retinent, nec quę ſit melior, decernere poſſunt, vt in editione Ruſſardi, vtraq; lectio adnotata eſt, nõ addito vtra verior, vtra retinenda ſit. Hoc eſt non inſtruere aut adiuuare iuuentutem iuris ſtudioſam, ſed obruere, ſed omnia apora & aſyſtata & incerta reddere. Ego id incommodi præſentiens in editione mea Florentina manuali merã edidi ſcriptuam, Florẽtinam atque ipſa adeò Florentiæ edita pu-

BIU Cujas

riorem. Etenim florentinorum audaciā in quibusdam aliter edendis quam in mēbraneo illorum archetypo erat, tacitè sugillat Ant. Augustinus & multa nobis indicia illius venerandi archetypi subministrauit, ex quibus sinceriorem in quibusdam locis scripturam restitueremus, sicut & ipsemet Taurellus in adnotatis. Sed de his hactenus. Cum igitur mora faciendi non sit propriè mora, nec perinde requirat effectus interpellationem vt vera mora, quæ res etiam decepit incautos eos qui vbi dies additur nō esse

BIU Cujas

esse necessariam interpellationem nisi sunt probare exemplo obligationum faciendi. Sed non est eadem vtriusque moræ conditio nec mora faciendi habet eosdē quos vera mora. non enim perpetuat obligationem, sed committit, & quasi priorem tollit, noua ad id quod interest dandum inducta, præsertim vbi dies & conditio cum pœna additur. Et sane in strictis iudiciis, incerti condictione ex stipulatu, testamēto, & præscriptis verbis in factum, simpliciter committuntur obligationes faciendi post

BIU Cujas

moram in id quod interest, tam ex natura obligationis quàm ex ratione moræ. neque quicquam aliud efficit ea mora. Sed in bonæ fidei iudiciis, & arbitrariis, tam in personam quàm in rem, vt rei vindicatione, actionibus empti, venditi, locati, depositi, in quibus obligatio est vel ad tradendum, siue vacuam possessionem tradendã, siue restituẽdam, committitur quoque stipulatio in id quod interest, sed pręterea veniũt fructus, vsuræ, quantiplurimi, & partus & causa. l. 1. & 3. §. 1. ff de actio. empti. l. videamus de

vsuris.

BIU Cujas

vſuris. Nam tradi & reſtitui, ſunt facta. l. ſtipulationes non diuiduntur. de ver. oblig. in actionibus in rem non ſolum ex mora ſed etiã ſine mora veniunt fructus ex natura actionis. Hoc etiã ſpeciale eſt in actionibus bo. fidei quòd rei iudicandæ tempus quanti res ſit obſeruatur. l. 3. §. in hac. ff. cõmodati. & in litem iuratur in his iudiciis & latior iudicij poteſtas datur, decernendi & videndi quatenus actori ſatisfieri oporteat, ex quo quidam putant poſſe iudicem cogere ad rem venditã præciſè præſtandã, & quen-

BIU Cujas

dam Pauli ſententiarum locum citant, ſed id non puto iure Iuſtinianeo receptum. Facta enim non legi pręciſe pręſtari, præterquam à teſtatore iniuncta. vt dixi. Et l. 1. ff. de actio. illis aduerſari videtur. *Si res vendita* (inquit) *non tradatur ad id quod intereſt agitur*. id eſt, non petitur ipſa res, ſed quaſi ex commiſſa obligatione faciendi agitur in id quod intereſt. Cæterũ mora faciendi perinde præſtatione purgatur vſque ad litem conteſtatam, vt mora dandi oblatione, niſi quod illa præſtatio plenam quoque liberationem

BIU Cujas

tionē & extrinctionē obligationis adfert si non sit deterius factum ius actoris. Quod dico de stipulationibus faciendi, eas committi in id quod interest, idem puto dicendum de obligationibus dandi incerti, vt dandi vsusfructus & omnibus incertis.arg.l.qui vsum fructū. cum l. seq. & l.quod si heres.ff.de vsufr.l.vbi.§.1. ff.de verb.oblig.

De mora creditoris in obligationibus dandi, & interdum etiam faciendi.

CAPVT XI.

MORA creditoris est iniusta & culpanda recu-

BIBLIOTHEQUE CUJAS PARIS

BIU Cujas

ſatioaccipiẽdi debiti, quod in dando cõſiſtit, vel etiam in faciendo, de qua omnia vice verſa fere dicenda ſunt de effectu & purgatione quę in mora debitoris dicta ſunt. Nam & periculum ad eum rei debitæ pertinet poſt eius moram. d.l.ſi ſeruum. & l. qui decem. ff.de ſolutioni. & moram ſuam purgare poteſt poſtea petendo id quod recuſarat accipere.l. Celſus.ff.de recep. l.Debitor. ff.de vſuris.l.mora. ibid. l. Traiectitiæ. ff. de oblig. & quotiens ſubinde tam debitor quàm creditor morã faciũt, ſola alterutrius vlti-

BIU Cujas

vltima mora nocet. l. illud. & tot tit. ff. de periculo & commodo rei venditæ.

Explicitus est Ant. Contij De mora Tractatus seu libellus.

H

BIU Cujas

BIU Cujas

BIU Cujas

BIU Cujas

BIU Cujas

BHU Cujas

29.736

Practique de lib
Contij gpha
Facultate de Ori
ine Reor Vasalij
Brocolten de
Compensatio

BU Cujas